humili pie mentis affectu illud non de summis labris
sed de imis visceribus clames cum propheta Delicta iuven-
tutis mee et ignorantias meas ne memineris: sed secundum
misericordiam tuam memento mei propter bonitatem tuam domine. Sug-
gerit tibi id spiritus qui interpellat pro nobis id ipsa
necessitas singulis horis ut petas a deo tua sug-
gerit et sacra lectio ei quam ut omissis iam fabulis mi-
thicis poetarum semper habeas in manibus etiam atque etiam rogo
nihil deo gratius nihil tibi utilius facere potes quam si
non cessaveris has sacras nocturna versare manu versare
diurna. Latet enim in illis celestis vis quedam viva
et efficax que legentium animos miro modo illas pure humi-
literque tractantium) in divinum amorem mirabili quadam
potestate transformat. Sed epistole iam finis exposcit tra-
hente me ipsa materia et nova quadam charitate. qua
te tum semper tum ea presertim hora sum prosequutus
qua sanctissimum tu propositum fecisti sum retro illud
proximo te admonitum volui (de quo hic etiam memi-
nerim eras tecum sepe loquutus sum) ut deo hec
numquam obliviscaris. Et filium dei pro te ad mortem:
et te quoque etiam pro deo vixeris bene ad moriendum
hiis quasi geminis stimulis / altero quidem timoris
amoris altero / perge equum tuum pro brevi stadium mo-
mentanee vite ad premia felicitatis eterne / quod deo
nullum aliud sum proferre nobis aut debemus aut
possumus / quod ut fruatur uterque hiis pace infinita
bono sum fine fecimus. Vale et deum time

Mathei bossi veronensis canonici regularis in
die [?] salvatoris flebilis et devotus sermo



E immanitate suppliciorum hoc tremendaque morte
parentis et magni dei nostri perditi orbis
liberatoris verba facturus adhortari patres / ac pien-
tissimi eius tantis in primis me horror invadit stupor
occupit cunctaque disrumpit urget dolor. Ut apud
me iam satis equidem nesciam et polliceri vobis patres
magis possim singultus et lachrymas quam
sermonem atque facundiam. Quis sane cum iter fidem ita cha-
ritatem / ita gratitudinem / ita tantam humanitatem domini con-
sideret: Ut in durissimo illius pectus pars doloris et
contritionis aliqua omnino non subeat? Ac retractare
eius etiam atque agrestem fortassis hic deus non multum emol-
liat? quo compertus a ruina atque interitu humanum
genus omne rerum conditor deus potestate se nudavit:
immortalitatem et gloriam mortalitati ignominieque sub-
straverit. et in necessitates atque pene omnes dederit
quatenus qui in contemptoribus erant morti obnoxii
(erant vero omnes) morte quidem sua revocaret ad vitam?
Hec sane miseratio magni erga nos dei tanta quidem
amaras nos invitat ad lachrimas quam et ad condolen-
dum sollicitat? Ob hoc itaque hodie sponsa christi fidelis:
et nostrum omnium mater ecclesia tamquam vidua ama-
ras domini fletu deplorat exequias. inter que tene-
rissimas lachrimas agit voces lamentabiles edit pal-
mas complodit et quanta vi pietatis potest: illud
pectus ad complorandum invitat et provocat pro serico
et purpura / pro auro et gemmis floridisque tegumentis
reliquis: atras insertas et decolores induit vestes: in
templis ad divinum nulla redduntur aera. non mu-
sica manus instrumentis concentum agitat organa. non
hymni psalmique letissimi expanduntur velli. Nusquam